

Preces

Christum Dóminum, fratres caríssimi, ex Vírgine María natum, húmiles deprecémur
lætantésque *vocémus*:

℟. Veni, Dómine Iesu.

Fili Dei unigénite, qui ventúrus es ut verus ángelus *testaménti*,

– fac ut mundus te suscípiat et *agnóscat*. ℟.

Qui génitus in sinu Patris, incarnári venísti ex María Vírgine,

– ab omni corruptióne humánæ condicióis *nos élue*. ℟.

Qui, vita cum sis, venísti mortem *perferre*,

– tribue nobis nihil de mortis damnatióne *sentíre*. ℟.

Et quia merces tua ad iudícium tecum véniet, †

píetas tua consuéta tunc nobis occúrrat in *múnere*,

– quæ nostrum sólita est semper removére *languórem*. ℟.

Christe Dómine, qui morte tua mórtuis *subvenísti*,

– pro defúntis nos orántes *exáudi*. ℟.

Oratio conclusiva

Omnípotens et miséricors Deus, † in tui occúrsum Fílii festinántes nulla ópera
terréni actus impédiant, * sed sapiéntiæ cæléstis eruditio nos fáciat eius esse con-
sórtes. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula
sæculórum. Amen.

AD I VESPERAS

DOMINICA II ADVENTUS

SECUNDUM ANTIPHONALE ROMANUM II

Introductio

DE-US, in adiutó-ri-um me-um inténde. **R.** Dómine, ad adiu-
vándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto:
Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǣcu-la sǣcu-ló-
rum. Amen. Alle-lú-ia.

Hymnus

COn-di-tor alme síderum, æ-térna lux credéti-um, Christe Redém-
ptor ómni-um, exáudi pre-ces súpli-cum. Qui cón-do-lens inté-ri-tu
mortis pe-rí-re sǣcu-lum, salvásti mundum lánguidum, donans re-is re-
mé-di-um, Vergénte mundi véspe-re, u-ti sponsus de thá-lamo, egrés-
sus honestíssima, Vírgi-nis matris cláusu-la. Cu-ius forti po-ténti-æ,
genu curvántur ómni-a; cǣ-léstí-a, terréstri-a nutu fa-téntur súbdi-ta.
Te, Sancte, fide qǣsumus, ventúre iudex sǣcu-li, consérva nos in tém-

Antiphona ad Magnificat

H21

VII a
VEni, Dómine, * vi-si-tá-re nos in pa-ce, ut læ-témur co-ram
te corde perfécto.

Canticum Evangelicum

Lc. 1, 46-55

Mag-ní-fi-cat * ánima me- a Dóminum.
Et exsultá-vit spí-ri-tus me-us * in De-o, sa-lu-tá-ri me- o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * tíméntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sǣcula.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sǣcula sǣculórum. Amen.


Lectio brevis

1 Thes. 5, 23.24

Ipse Deus pacis sanctíficet vos per ómnia, et ínteger spíritus vester et ánima et corpus sine queréla in advéntu Dómini nostri Iesu Christi servétur. Fidélis est qui vocávit vos, qui étiam fáciét.

Responsorium breve


Ps. 84, 8; H20

R. br. 

-sténde nobis Dómine * Mi-se-ri-córdi- am tu-am.

¶ Et sa-lu-ta-re tu-um da nobis. * Mi-se-ri-córdi- am tu-am.

¶ Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.



po-re hostis a te-lo pérfi-di. Sit, Christe, rex pi-íssime, ti-bi Patrique

gló-ri-a, cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, in sempi-térna sǎcu-la. A-men.

Antiphona I

Cf. Zach. 9, 9


VI f 

Au-de * et læ-tá-re, no-va Si-on: ecce e-nim rex tu-us

véni-et, mi-tis et salvans ánimas nostras.

Psalmus

Ps. 118, 105-112



Lucérna pédibus me-is *verbum* tu - um * et lumen *sémi-tis* me - is.

Iurávi *et státui* * custodíre iudícia iustítie *tuæ*.

Humiliátus sum usquequáque, * Dómine, vivífica me secúndum *verbum tuum*.

Voluntária oris mei beneplácita *sint*, Dómine, * et iudícia *tua doce* me.

Anima mea in mánibus meis *semper*, * et legem tuam non *sum oblítus*.

Posuérunt peccatóres láqueum *mihi*, * et de mandátis tuis non *errávi*.

Heréditas mea testimónia tua in *ætérnum*, * quia exsultátio *cordis mei* sunt.


Inclinávi cor meum ad faciéndas iustificatiónes *tuas* * in *ætérnum*, in *finem*.

Glória Patri *et Fílio*, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc *et semper*, * et in sǎcula sǎculórum. Amen.


Antiphona II

Is. 35, 3.4

II d

 onfortá-te * ma-nus disso-lú-tas; confortámi-ni, dí-ci-te: Ecce
 De-us noster véni-et et salvá-bit nos, alle-lú-ia.

Psalmus

Ps. 15



Consérva me, De - us, * quóni-am spe-rá-vi in te.

Dixi Dómino: «Dóminus meus es tu, * bonum mihi non est sine te».

In sanctos, qui sunt in terra, ínclitos viros, * omnis volúntas mea in eos.

Multiplicántur dolóres eórum, * qui post deos aliénos acceleravérunt.

Non effúndam libatiónes eórum de sanguínibus * neque assúmam nómina eórum in lábiis meis.

Dóminus pars hereditátis meæ et cálicis mei: * tu es qui détines sortem meam.

Funes cecidérunt mihi in præcláris; * însuper et heréditas mea speciósá est mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum; * însuper et in nóctibus erudiérunt me renes mei.

Proponébam Dóminum in conspéctu meo semper; * quóniam a dextris est mihi, non commovébor.

Propter hoc lætátum est cor meum, et exsultavérunt præcórdia mea; * însuper et caro mea requiescet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno * nec dabis sanctum tuum vidére corruptiÓNem.

Notas mihi fácies vias vitæ, † plenitúdines lætítiæ cum vultu tuo, * delectatiónes in dextera tua usque in finem.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Antiphona III


Io. 1, 17; H37

I g

 EX per Móysen da-ta est, * grá-ti-a et vé-ri-tas per Iesum
 Christum facta est.

Canticum

Phlp. 2, 6-11



Christus Iesus, cum in forma De - i es - set, * non rapínam
 arbitrá-tus est esse se æquá-lem De - o,
 sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, * in similitúdinem hóminum factus;
 et hábitu invéntus ut homo, † humiliávit semetípsum factus obœdiens usque ad mortem, * mortem autem crucis.
 Propter quod et Deus illum exaltávit † et donávit illi nomen, * quod est super omne nomen,
 ut in nómine Iesu omne genu flectátur * cæléstium et terréstrium et inférnórum,
 et omnis lingua confiteátur: * «Dóminus Iesus Christus!», in glóriam Dei Patris.
 Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.
 Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.